

## L

**J**ACEA, est planta, quæ habet caulem striatum, fructu difficultem, lanuginosum: prima, quæ prodeunt folia sunt laciniata, præ viore nigricantia lanugine cava respersa, sed quæ caulibus adhærent, sunt angusta, firma, aliquantum dura, saporis non omnino ingratii, subducis cum adstrictione: flores flosculi, plurimis scilicet flosculis constantes multifidis, embryoni insidentibus, & calice squammoso non aculeato comprehensis: Embryo autem abit dein in semen fuscum pappis instructum: radix satis crassa, lignosa, saporis adstringentis & infipidi: juxta sepiamenta agrorum, locis herbosis, negligenter cultis, reperitur. Est nomen diversis plantis impositum, forte vox erit Italica, qui *Jaceam* & *Jaceam* appellant: minus consonum videtur oriri ab *iadouas* medeor. Gall. *Jacie*.

**JACOBÆA**, seu Herba S. Jacobi, sic vocatur, quod sit D. Jacobo dicata. Et planta, quæ habet unum plurem caules tres vel quatuor pedes altos, rotundos, rectos, duros, striatos, interdum sine lanagine, aliquando partim lanuginosos, interdum rubros, vel coloris purpurascens, ramosos, multa folia habentes sine ordine, vel alternatim disposita, oblonga, profundè incisa, coloris viridis obscuri, saporis aliquantulum adstringentis: flos radatus, cuius discus ex plurimis scilicet flosculis, corona vero ex semiflosculis componitur, embryoni insidentibus, & calice tubiformi ac multiformi comprehensis: Embryones autem deinde abeunt in semina pappis instructa, thalamoque instructa: radix fibrosa, alba, terræ valde infixæ & adhærens. B. S. Jacobs fruct. G. S. Jacobs blum, S. Jacobs kraut. Gall. *Jacobée*, herbe ou *Fleur de S. Jaques*. A. Ragwort.

**JALAPPÆ**, radix est crassa, oblonga, rotunda, resinosa, pinguis & carnea, sapore acuto, incidente, naufragio, odore nullo, scissa in taleolos ad nos ex Indiis Occidentalibus adfertur, exterius subnigricans, interius rufescens cum circulis, si bona sit, nigris seu resinosis: radix integra longa est, & ab infima parte obtusa: Planta habet caulem quatuor vel quinque pedes altum: folia heterae satis similia, sed minus crassa: flos monopetalus, in-

fundibuli formis, plerūmque leviter incisus, qui gemino calice donatur, altero à quo involvi, altero verò cui insidere solet, is autem deinde abit in fructum subrotundum femine fætum ejusdem formæ est *Convolvulus Mexicanus*; vel mirabilis peruviana dicitur. Majoribus fuit incognita. Vocatur etiam *Gialappa*, *Chelopa*, *Celopa*, *Jalapium*, vel *Gelapo*. Item *Mechoacanna nigra*. Vocatur etiam mirabilis peruviana propter admirabilem florum in eadem stirpe varietatem, hinc Gallis dicitur *Merveille du Perou ou Belle de nuit*. B. *Hagtschoon* / quia vesperi sè aperit flos. A. *Jalap*. *Purgans* est validissima. Venit ex India ad nos in taleolis.

**JANITOR**, idem quod *Pylorus*

**JAPONICA TERRA**, vide *Catechu*. Gall. *Cachou*, *Terre de Japon*.

**JASMINUS**, est arbuscula, quæ habet multos ramos valde longos, tenues, nodosos, debiles, flexiles, virides, valde extensos, medulla alba fungosa repletos: folia sunt oblonga, acuta, bina costæ adhærentia in folium impar desinenti unaquaque costa utplurimum septem foliis est instructa, aliquando quinque, pulchri viridis coloris: flos ex oblongo tubo in quinque laciniis totidem folia imitantæ est expansus, coloris albi, odoris suavis, & valde grati, huic flori succedit plerūmque bacca obrotunda, viridis, mollis, semina habens obrotunda & compressa: radix fibrosa. *Gelfseminum Italis*, Arab. *Jesemin*, *Sambach*, vel *Zambach*. Jasminum, quasi violaceum, à violis, quas *ia* vocant. Vel à Græca voce *jasme*, quæ significat odorem medicinalem, quia hujus plantæ flos suavem odorem fundens in Medicina optimas habet vires; vel à voce Hebraica *Samin*, quæ *Thus* notat, quia hic flos in locis optimum relinquit odorem. B. *Jasmin* / *Jesemin*. G. *Viol-reben*, *Jasmin-blumen*. Gall. *Jasmin*. A. *Jasmine*, *Shrub-trefoil*, *Jesemin*.

**JASPI**, est Lapis pretiosus, varii coloris, cærulei, viridis, gramatis, therébinthifusi, purpurei, crystallini, cadmia, qui creditur hæmorragias fistere amuleti instar appensus.

**JATROCHYMICUS**, est Medicus qui Operationibus & Medicationibus Chymicis operam dat, ex iārō, Medicus & *χρυσός* Chymicus. B. *Een Chymiste geneeskun-*  
*der*.

der. G. Ein Chymischer artz. Gall. *Medecin Chimiste*. A. A Chymical Physician.

**IBERIS**, est Nasturtii species, sic vocata quod in Iberia luxuriosè succrescat. Vocatur etiam Κερδαμαρτιν & Αγριοκαρδαμον, item *Lepidum, Hiberis, Nasturtium Agrestis, Cardamantice & Agriocardamon*, Græcis appellata, quod radici odor insit nasturtii: vel quod ejus folia partim nasturtio aquatico, quod à Dioscoride *Symprium* vocatur, *Cardamine* dicitur, partim etiam hortensi, quod *Cardamon* Græcis nominatur, similia sint; vel quod gustu nasturtium referant.

**IBIGA**, est Chamæpytis, idem quod *Abiga*, vide *Iva*.

**IBISCUS, & HIBISCUS**, est Althæa, nomen videtur fictum ex Malva & Viscum, quasi diceres Malvæ viscum, undé barbaris pharmacopolis *Malvaviscum*, hinc forte descendit *Ibiscus & Hibiscus*, velut aliis placet *Ebis-*  
*cas*, alii derivant ab *ibis* quod sit magna ejus vis, vide *Al-*  
*thæa*.

**ICHOR**, sœpè significat serum sanguinis, aliquando est humor acris oleosus & aquosus, ex ulceribus manans. B. **Waterig bloet.** G. Das wæsserige gebluet. Gall. *Sero-fite*, *Sanie*. A. Watery bloud.

**ICHOROIDES**, est humiditas saniem referens, ex *læve* sanies, & *læsionis* forma. B. **Water-bloedig.** G. Water-bludig. Gall. *Sanieux*. A. Watery-bloud.

**ICHTYOCOLLA**, est gluten alicujus piscis, qui dicitur esse sine ossibus, vocatur *Huso*, undé. B. *Huisen-blaas/*  
*sive Distichyt*. G. *Hausen-blaſen*. Piscis magnus est, longitudine viginti quatuor pedum, pondere nonnunquam ad libras quadringentas accedens. In Danubio maximè ex Ponto venit. Gluten illud album est, ex illius corio, intestinis, ventriculo, pinnis & cauda confectum. Arab. *Alcanna*. Gall. *Colle de Poisson*. A. *Fisghlew*, *Ising-glass*. Vocatur etiam *Alzanaban* vel *Alchanach* sive *Alzanach*.

**ICTERICA**, sunt Medicamenta adversus icterum.

**ICTERUS**, est morbus, in quo cutis in flavedinem mutatur ab obstructione ductus choledochi, vel glandularum hepaticarum, jecoris inflammatione, vel adiposæ, calculosæve materiæ, huc ex omento motæ, vel in vesicula fellis &c. hærentis, obstruktione, aut scirro, undè in sanguine bilis retinetur, *et à tunc insidet*, id est *Viverre*,

quæ est ex genere mustelarum, quo venatores utuntur, cuius oculi ejusmodi colore tincti cernuntur. Sive ab Ictero ave, ejus coloris, quam Latini Galbulum vocant, quæ si spectetur, (inquit *Plinius*, Lib. xxx. cap. i l.) sanari id malum, tradunt, & avem mori. Latinis *Legius Morbus* nominatur, malim ego ab auro metallorum rege, denominationem stantere, sicut & *Aurigo*, ab auri colore: nominatur & *fellis suffusio*. *Celso* ita dictus, quod in aulis Regum molliter curetur, (ut *Sammonicus* ait) ludis, lascivique, per quæ mens exhilararetur. *Arcautus & Arquatus morbus Celso*, à colore arcus caelestis æmulo. B. *Geluw / geelzucht / het geele*. G. Die gelbsucht. Gall. *La Jaunisse*. B. The Jaundice.

*ICTERUS ALBUS*, idem quod *Chlorosis*.

*IDÆA*, vide *Vitiorialis*.

*IDEA MORBI*, est proprietas & essentia morbi, ab *idæ* video. B. *Eigenschap der zielte*. G. Eigenschaft der krankheit. Gall. *La Propriété, ou l'Essence, ou la nature de la Maladie*. A. The Propriety and Essence of a Disease.

*IDIOPATHIA*, est morbus primarius, qui ab alio morbo non dependet, nec originem dicit, ab *idæ* propriis, & *πάθη* affectus. B. *Eigen-lydig*. G. Eigenleidige krankheit. Gall. *Maladie qui provient du Temperament*. A. Idiopathie.

*IDIOSYNCRASIS*, est propria cuivis corpori temperies, ex *idæ* propriis, *σαν* cum, & *κράσις* temperamentum. B. *Eigen gematigkeit*. G. Inwendige beschaffenheit. Gall. *Idiosyncrasie*. A. Idem.

*JECORARIA VENA*, idem quod *Basilica*.

*JECUR*, idem quod *Hepar*.

*JECUR UTERINUM*, vide *Placenta Uteri*.

*JEJUNUM INTESTINUM*, est secundum intestinorum tenuium, sic appellatur, quia frequenter vacuum est; in eo, papillæ glandulosæ chylum absorbent, venisque lacteis tradunt, vocatur à *Varrone* *Hilla*. Gr. *νήστις*. B. *Die nuchtere darm*. G. Das leere gedærm. Gall. *Intestinum jejenum*. A. The Empty gut, Hungry gut.

*JESEMINUM*, idem quod *Jasminus*.

*IGNIS ACTUALIS*, est, qui primo contactu adurit, ut sunt ignis ipse & cauteria ferrea, sic *Actuali igne calcinan-*

cinantur animalium partes, ut ossa, cornua &c. ad albedinem, seu ad particularum oleofarum & salinarum exhalationem: quod alias *Combustio* dicitur, siveque *Saturnus in Minium*, limatura ferri in *Crocum Astringentem*, ut nimis flamma, undique materiam lambat, calcinatur, quod & *Reverberare* dicitur. B. *Wadelph vuur*. G. Brennendes feuer. Gall. *Le feu actuel*. A. Real, or actual fire.

**IGNIS CIRCULATORIUS**, est tepor, vel talis calor, gradus, quem digiti facile ferunt.

**IGNIS POTENTIALIS**, est Medicamentum, quod, postquam aliquandiu parti superimpositum fuerit, vires suas exercit, eundemque effectum ac ignis actualis praefitat: ut ruptorum ceteraque exedentia, sic potentiali igne solvuntur metalla, lapides &c. ope spiritus acidi nitri, virioli &c. B. *Wermogelph vuur / een gathzendent Medicament*. G. Gelind Feuer. Gall. *Le feu potentiel*. A. Potential fire.

**IGNIS PERSICUS**, idem quod *Gangrana*, sumitur etiam pro *Carbunculo*, seu *Antbrace*.

**IGNIS REVERBERII**, *Rote*, est quando in fornace viva flamma in modum rotæ vas destillatorium ambit, estque maximus ignis gradus, dum undique à parietibus fornacis determinantibus reflexus in vas medium agit. B. *Reverberer vuur / wederom stuit vuur*. G. Reverberuer fuer, sehr starck fuer. Gall. *Feu de Reverbere*. A. Reverbering fire.

**IGNIS SACER**, idem quod *Erysipelas*: quidam tamen pro *Herpete* sumunt.

**IGNIS SILVESTRIS**, idem quod *Phlyctæna*.

**IGNIS SUPPRESSIONIS**, est, quando retorta in arena collocata sit, & infra & supra arenam, ignis fortissimus, adhibetur, ut si in cinnabari antimonii &c. conficienda.

**IGNITIO**, est calcinatio per ignem facta. B. *Kalkmaßking*. G. Kalkbrennung. Gall. *Calcination de chaux*. A. Calcination by fire.

**ILE**, est cavitas à thorace ad coxae ossa; in animalibus omnibus, homine & ovo excepto, intestina omnia *Ile* appellari annotat Plinius, ab iuxta circumvolvo. *In gewandet hoh*. G. Der hohle leib. Gall. *Cavité pour les boyaux*. A. Cavity for the guth.      Gg 3      ILEUM

**ILEUM MORBUS**, vide *Iliaca passio*.

**ILEX**, est arbor glandifera, quercui satis similis, porri vel pyri magnitudine, ejus cortex est fuscus, lignum est durum & compactum; rami lanugine alba replete: folia sunt oblonga, in margine incisa, superius semper vi rentia, inferius albescentia & lanuginosa, saporis adstringentis, flos amentaceus, constans multis staminibus ortis ex calice infundibuliformi: fructus quercus: hæc arbor crescit in silvis, præsertim in regionibus calidis, quidam derivare volunt à voce Hebraica Elón, quercus quia species est quercus. Gr. ιλια, quia arbor ferræ propter duritatem sit secunda, à περισσων vel περισσων ferræ feco. B. Schat laken-boom / Harmosyn-boom. G. Scharlach, beerbaum, steineiche. Gall. Yeuse, Eouſe, Chêne vert. A. The Scarlet oak.

**ILIA**, partes dicuntur laterales inanes & molles ipsius abdominis, inter costas breves & pubem: Celsus Αγαθον, Kerev, Λεπτόν. B. De zyden / 't weest van de buik. G. Die weiche gegen dem bauch. Gall. Les Flancs. A. The Flank. Aliis sunt loca illa, quæ ossi ileo vicina sunt, initium fumenta à partibus mollibus, seque ad inguina extendentia.

**ILIACA PASSIO**, sive **DOLOR Iliacus**, Miserere Mei, Volvulus, Tormentum, & **CHORDAPSUS**, est dolor in intestino ileo cum pertinaci alvi suppressione & horrendo vomitu, quo primum humores, deinde alvi faeces factentes excernuntur, cum insigni anxietate, & periculo mortis tanto, ut rarissime aperi evadant. Solet hæc passio Herniæ non restitutæ saepè supervenire. B. De kronkel / darmhing / dreh-braken / ontfernit uw mynner / lank-eubel. G. Darm-gicht, grimm. Gall. Le Misericorde ou Passion Iliaque. A. The Iliach paine in the guts.

**ILIACA VASA**, est bifurcatio illa truncorum descendentium arteriæ magnæ, & venæ cavæ, in abdomen intra pelvis regionem. B. Scheidinge der vaten des onderbuiks. G. Die blutgefæsse im unterbauch. Gall. Vaisseaux Iliques. A. The Iliack Vessels.

**ILIACUS MUSCULUS**, est unus ex iis qui femur flectunt, inseritur tendine, qui Pfoas musculi tendini con nascitur, oritur à tota cavitate interna ossis ilii tenui car-

nosque initio. **Darmbeeng spier.** G. Der darmbeins maufz. Gall. *Muscle Ilaque.* A. The Iliack muscle.

**ILINGUS**, vide *Scotomia*, ab *ilatō* circumvolvo.

**ILIUM**, est intestinum tertium tenuium : oritur ubi jejunum desinit, & finem ad cæcum assequitur. Longitudo unam & viginti palmas æquat, ab *ilatō* circumvolvo. B. **De omgewonde darm.** G. Der lange darm. Gall. *Le long boyau, intestin Ileum.* A. The Winding, or turning gut. Iliack gut.

**ILIU M** Os, est pars ossis Innominati : sic dicitur quod intestinum ilium continet. Circumferentia ejus circularis est, pars superior latissima, connectitur ossi sacro. Superior pars spina, interior costa, & exterior dorsum appellatur. Amplius est mulieribus, propter partum, quam viris. B. **Darmbeen / heupbeen.** G. Das darmbein, hueftbein. Gall. *l'Os des îles.* A. The Iliak bone.

**ILLECEBRA**, *Hellecebra, Sempervivum minus acre*, per antiphralin sic videtur appellari quod minimè propter acrimoniam illiciat. B. **Muur-peper.** G. Mauer-pfeffer. Gall. *Pain d'Oiseau.* A. Stone-krup, Stone-hore, Wall-pepper.

**ILLINCTUS**, vide *Elegma*.

**IMBECILLITAS**, est illa conditio corporis humani, quâ ejus musculi laxi, ob sanguinis vel spirituum animalium deficientium influxum imminutum in illorum fibras carneas nervosâsque, ossa annexa non satis pro voluntate animæ movere possunt, vel citò desfatigantur ; est hæc imbecillitas generalis ; verùm particularis est, quando quæcumque pars solida cohærens ex variis particulis sibi appositis composita, eas tam parvâ cohæsione annexas habet, ut minimâ vi ab actionibus in sanitate agendis requirata vel nimis cedant, vel in unione dissolvantur. B. **Schwäche.** G. Schwachheit. Gall. *Foibleffe, Debilité.* A. Weakness, Feebleness.

**IMMERSIO**, est, quando metalla, vel mineralia rei alicui corrodenti immerguntur, ut tandem in calicem redigantur. Item lotionis species est, quando simplicia aquæ immerguntur, ut corticem duriorem vel inutilem, aut qualitatem nocivam deponant. Sic calx, cerussa, tutia igne candida &c. aquæ injiciuntur, ut à nimia acrimonia liberentur. Estque secca vel humida. B. **Induikelinge.** G.

*Das einweichen.* Gall. *Immersion.* A. Ducking, Dipping.  
**IMMERSUS MUSCUS**, idem quod *Infrascapularis*.

**IMMUTANTIA** medicamenta sunt, quae ipsas figuras particularum singularium fluidum constituentium, vel in fluido natantium, & figuris acutis lædentium, non per appositionem, sed propriæ superficie mutationem, ita in natura sua mutare valent, ut inertes vel obtusiores fiant.

**IMPASTATIO**, est quando materia ad pastam excienda cum excipiente quodam commiscetur & pinsatur, ut fiat instar mastæ.

**IMPATIENS HERBA**, sive *NOLI ME TANGERE*, sive Balsamina lutea sic appellatur, quod non patitur attingi, quin ejus semifinales folliculi crepaturam patiantur, hinc tangi nolit. Eadem crepatura observatur circa folliculos Balsamineæ feminæ, & cucumeris asinini. B. *Kruidje roert mij niet.* G. Spring-kraut. Gall. *Espèce de Balsamine.* A. Leaping Mercury.

**IMPERATORIA**, seu *OSTRUTIUM*, est planta, quæ habet folia magna, lobata, impari extremum clavidente, dura, rigida, in tres partes divisa, dentata, quædam leviter alia profundè incisa, ex his nascuntur caules, duos circiter pedes alti, in alas divisi, & in summitate gerentes flores quinque folia habentes, & in umbellas crescentes: calix florum abit in duo femina plana, ferè ovata, leviter striata & marginata, involucrum plerumque deponentia, candida & plana: radix oblonga geniculata, crassa, extrinsecus fusca, intùs albicans cum folliculis liquore flavo plenis, saporis acris, paulò amari, totum os calefacientis: fortè ab imperando dicitur, quod ceteris plantis imperat: hinc fortasse *Magistrantia* quoque appellatur. B. *Meester-wortzel.* G. Meister-wurtzel, Magistrantz, Ostritz. Gall. *Imperatoire, ou Austruche, Benjoin François.* A. Master-wort.

**IMPERFECTA CRISIS**, vide *Crisis*.

**IMPERIALIS CORONA**, est planta bulbosa, cuius flores coronæ in modum caulis summum cingunt. B. *Ketzer-kroon.* G. Kayfers-cron. Gall. *Couronne Imperiale.* A. The Imperial Crown.

**IMPETIGO CELSI**, idem quod *Lepra Græcorum*, quatuor species proponit Celsus. Minimè mala est, inquit, quæ similitudine scabiem repræsentat, nam & rubet & du-

durior est, & ulcerata & roditur. Distat autem ea, quia magis exulcerata est, & varis similes pustulas habet: videturque esse in ea quasi bullulae quædam, ex quibus interposito tempore squammulæ solvuntur, certioribusque hoc temporibus revertitur. Alterum genus pejus est, & simile papulæ, fœrè, sed asperius, rubicundiusque, figuræ variæ habens. Squamulæ ex summa cute decidunt, rosio major est, celerius & latius procedit, certioribusque etiam, quam prior, temporibus & fit, & desinit, *Rubra* nominatur. Tertia, etiamnum deterior est: nam & crassior est & durior, & magis tumet, in summa cute finditur, & vehementius rodit. Ipsa quoque squammosa, sed nigra est, proceditque, & latet & tardat: minus vero errat in temporibus, quibus aut oritur, aut desinit, neque ex toto tollitur, *Nigra* cognomen est. Quartum genus est, quod curationem omnino non recipit, distans colorem: nam subalbidum est, & recenti cicatrice simile, squamulæque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulæ similes: quibus demptis, nonnunquam profluit sanguis. Alioqui vero humor ejus albidus est, cutis dura atque fissâ est, proceditque latius. Haec vero omnia maximè genera oriuntur in pedibus & manibus, atque unguis quoque infestant. Idem impetigo quibusdam sonat ac Lichen. B. Ring-worm. G. Zittermahl. Lusit. Empige. Gall. Tigne. A. Ring-worm or Fetter. Vide *Lepra Graecorum*.

IMPETIGO Plinii, idem quod *Lichen Graecorum*. Gall. Dartre.

IMPRÆGNATIO, est species imbibitionis, quando res aliis rebus implentur; verbi gratiâ, si tartarus viribus emeticis ab antimonio imprægnatur: vel quando falsi alcali ab acido liquore saturatur: sed *Imprægnatio* propriè sumitur, pro conceptu post coitum.

INAPPETENTIA, est, quando cibus propter fermentum in ventriculo diminutum, vel motum respirationis debilem &c. non appetitur. B. Slappe etens-lust. G. Eckel zu esßen. Gall. Degout. A. Loathing.

INAURATIO, est, quando Pilulae auro foliato obduncuntur. Cum nempè Pilula in capsula clauduntur, & una cum foliis auri circumagitantur. B. Verguldung. G. Das vergulden. Gall. Dorer. A. To gild Pils.

**INCARNANTIA, & INCARNATIVA**, sunt medicamenta carnem generantia. Idem quod *Sarcotica*.

**INCERATIO**, est mistio humoris cum re sicca, per combibitionem lentam ad consistentiam ceræ remollitæ.

Gr. Εγκύρωσις.

**INCIDENTIA**, idem quod *Attenuantia*.

**INCINERATIO**, est ignito, quā corpora vegetabilium & animalium in cineres, igne violentiore rediguntur, nonnulla etiam in sole ope vitri ustoria ad albedinem cancerinatur, sive incinerantur, ut antimonium, vitriolum, &c. B. *Aſchmaking*. G. Aſchmachung. Gall. *Incineration*. A. Idem.

**INCISIO**, sit vario modo, recta, crucialis, triangulis &c. Vide *Encope*.

**INCISORES DENTES**, idem quod *Primores dentes*.

**INCISORII**, idem quod *Primores*.

**INCISORIUM**, est scalpellum chirurgicum, quo aliquid præscinditur; nempe si vulnera sint dilatanda &c. B. *Een snijmes / incisi-mes*. G. Ein schneidmesser. Gall. *Bifouri*. A. Cutting knife.

**INCLINATIO**, ab *Inclinare*, est, quando liquor tenuis à crassis subsidentia sensim effunditur: ut succi per subsidentiam clari, aut aqua post edulcorationes.

**INCORPORATIO**, est commixtio, quā statim humida cum siccis in unum corpus per formam massæ contemperantur, itaque hic non sit lenta nutritio, sed tantum humoris statim additur, quantum ad corporis misti consistentiam requiritur, ut fiat veluti pasta, unde & *Impastatio* nominari potest, in nonnullis *Subactio*. Incorporate autem res in calore digestorio relinquuntur, ut mutua actione, & passione crassis communem nanciscantur. B. *Lyp-makinge*. G. Zusammen backen, vermischen. Gall. *Incorporation*. A. Idem.

**INCRASSANTIA, sive ECPUCTICA**, sunt medicamenta; quæ crassis ramosisque partibus prædita, se siccis tenuioribus & liquidioribus necundo, per vasa corporis fluentibus consistentiam crassiorem & stabiliorem iplis conciliant. B. *Dickmakende medicamenten*. G. Dickmachende mittlen.

**INCUBUS, INCUBO, & ASTHMA NOCTURNUM**, Gr. Εφιδάτης ab Εφιδάλομαι insilio, hoc affectu

cor-

correpti in insomniis, cum supini decumbunt, falso sibi imaginantur aliquem ventri aut pectori incumbere, ita ut compressi spirare, loqui vel clamare se non posse putent, quod si expurgiscantur, anxii sunt, turbati, facie rubentes & calentes, & palpitationibus obnoxii. Porro in suspiria, in vigiliis, & miras saepè imaginationes de Diabolo, de hostibus, de spiritu ad coitum sollicitante, & cæteris incident: re autem benè perpensa, apparet hoc malum leve esse, & quæ in somno contingunt, suffocationem Hypochondriacam æmulari, dum plerumque à spasmo muiculorum abdominalium originem trahit: his enim rigidis respiratio non nisi laboriosè & cum sensu ponderis incumbentis fieri potest, dicitur & *Suppressio nocturna*. B.  
*Nacht-merry / mare / nacht-dzufking*. G. der alp,  
mare, das nachtmælein, schrätle. Gall. *Cochemare*; *In-*  
*cube*. A. The Night-mare.

INCURVATIO, idem quod *Cyrtoma*.

INCUS, est unum ex ossiculis in aure interna conten-  
tis. Molarem dentem refert & malleum instar incudis re-  
cipit: dividitur in tres partes, nempe in corpus, & in  
duo crura, quæ ab auctoribus etiam vocantur, rami, apo-  
physes, processus: pars anterior & superior corporis la-  
ti, crassi, solidi, plani, mobilis, committitur parti poste-  
riori & laterali capituli mallei, binis tuberculis unoque  
intermedio cavo praeditæ, suis duabus cavitatibus cum  
protuberantia intermedia, articulatione ginglimi, firmata  
interventu parvorum accretorum nectentiumque ligamen-  
tulorum: corpus hoc ferè totum in eodem sulco, in par-  
te superiori, anteriori, media, timpani excavato, una  
cum mallei capite collocatur; processuum unus, scilicet  
brevior, latior, crassior, ad ostium sinus mastoidei, ibi-  
dem in parte superiori timpani ope ligamenti suspensorii  
tenuis & brevis versus posteriora liberè suspenditur, &  
firmatur, servata interim mobilitate, & puncto connexio-  
nis pro hypomochlio inserviente; alter verò processus  
longior tenuior ad finem intorsum incurvus, sic rostrum  
quasi formans, extremum apicem, ut examinanti accura-  
tè constat, paulò convexum habens, parallelo sed altiori  
situ cum mallei manubrio membranæ timpani applicato  
perpendiculariter deorsum in timpani cavum descendens,  
ad inferiora excurrit, interim timpani membranam non  
tan-

tangit, sed ab eadem, notabili intermedio relicto, interstio, satis remotus, parte suâ extrema, convexâ, incurvata, introrsum versus posteriora spectat, cui denique docente primo *Fr. de le Boe Silvio* accrescit latere suo anteriori parumper concavo, officulum orbiculare exiguum admodum, dimidiatum gradum milii vix æquans, hinc omnium auditus officulorum minimum, officuli stapedis ligamento innexum, hinc minimè observabile, à *Fontano* squamosum, à *Lindano* cochleare, vulgo orbiculare, & quartum officulum *Silvii* appellatum, ab inventore, si situs spectatur, re verâ est in ordine tertium, cæterum vix ullam habet crassitatem, figuram ovalem, depresso, latus posterius paulò convexum; à *Perrault* perperam pro diffracto apophysios longioris incudis convexo apice habitum; hujusque officuli ope articulatur incus cum stapede.

B. *Het aambeelt-been*. G. Das ambofz gleiche beinlein.

Gall. *l'Enclume*. A. Anvile.

**INDEX**, *Indicator*, *Salutaris* & *Demonstratorius digitus*. G. sœpè dicitur *Aerzvrs* à lingendo, est digitus pollici proximus, sic dictus, quia hoc digito aliquid demonstratur, ideoque *Δεκτικός* à *Διδούντις*. Gr. appellatus. Olim de diebus futuram crisin pronuntiantibus velut indicantibus dicebatur *Δάκτυλος*. B. *De wpg-vinger / vooiste vinger*. G. Der zeiger. Gall. *Le second Doigt*, *le Doigt Indice*. A. The Fore-finger.

**INDICANS**, nihil aliud est, quam quoddam in corpore secundum aut contra sanitatem observatum & designatum, cuius gratiâ aliquid fieri dicitur, quod ei conferre debeat. B. *Het aanwpgzende van 't gene moet gedaan werden*. G. Anzeigung. Gall. *Indication*. A. Idem.

**INDICANTES DIES**, sunt, qui crisin certis diebus futuram indicant; qui propterea indicantes & contemplabiles dicuntur, & sunt cujusque septenarii medii quaterni, ut dies quartus, undecimus, decimus septimus, vigesimus quartus. Sed illa enumeratio apud nostrates non tanti usus est, dum vel medicamentis morbus à suo naturali cursu deflectitur, & clymatum varietas magna est ab iis, quæ in Græcia: à nonnullis, quamvis temerè, jam ex facultate medica explosa. B. *Aanwpg-dagen*. G. Tage die was anzeigen. Gall. *Jours indicateurs*. A. Days indicate.

**INDICATIO**, Gr. *Εἰδεῖσις*. B. *Anzicht*. Gall. *Indication*.

id

id est, quod demonstrat quid in morbis sit faciendum: est que triplex *Præservatoria*, *Verhövende* / quæ sanitatem à morbis præservat. *Curativa*, *Genezende* / quæ morbum jam inductum expellit. Et *Vitalis*, *Versterkende* / quæ vires & vietus rationem respicit. Scopi à quibus indicationes sumuntur, trito hoc disticho comprehendi solent:

*Ars, Ætas, Regio, Complexio, Virtus,*  
*Mos, & Symptoma, Repletio, Tempus & Usus.*

**INDICATOR**, est unus ex musculis, digitum indicem extendentibus. Qui ortus à facie exteriori & media Radii, implantatur secundo articulo digiti. B. *De gebieder.* Gall. *Le Muscle extenseur propre de l'Index.*

**INDICATUM**, est illud ipsum juvans, sive id quod indicanti congruit, aut consequens agendum, sanitatis restaurandæ gratiâ.

**INDICES DIES**, vide *Critici Dies*.

**INDIGNATORIUS MUSCUS**, est musculus oculum abducens, unus ex quatuor rectis, oculo insertus ad latus circa parvum angulum. B. *De verontwaardiger spier.* G. Der absfuehrende augen maufz. Gall. *Muscle Abducteur ou Droit externe.* A. The discontent brawn.

**INDURANTIA**, vide *Sclerotica*.

**INDUSIUM**, idem quod *Annios*.

**INEDIA**, est abstinentia à cibis, vel totalis, vel partialis, sic ut minus solito comedamus. B. *Ontrekkinge van sppze.* G. Enthaltung von speisen. Gall. *Abstinence de manger, Diete.* A. Abstaining from meat.

**INFIMUS VENTER**, vide *Abdomen*.

**INFLAMMATIO**, vide *Phlegmone*.

**INFLATIO**, est partis alicuius, à flatibus distensio Gr. Ἐμφύσησα & Ἐμπνευστάσις. B. *Opblaizinge.* G. Aufblasung. Gall. *Enflure, Boursoâflure.* A. A puffing upp.

**INFRASCAPULARIS MUSCUS**, sive **SUBSCAPULARIS & IMMERSUS** dicitur, à scapulae inferiore latere, carnosus latiusque desertur, atque in ligamento tertio humeri finem suum assequitur, sed tendine cæteris latiore. B. *Onderschouderblads spier.* G. Der unterschulterbeins maufz. Gall. *Muscle sous scapulaire.*

**INFRASPINATUS MUSCUS**, sive **SUPRASCAPULARIS SECUNDUS**, sub spina scapulae ex tota super-

perficie externa profectus , cum suprascapulari secundo carnosus & crassus , brevi latoque tendine in humeri ligamentum , quod numero quartum constituant , excurrit . B. *Ondergraatspier / bovenschouderblads spier.*  
G. Der uberschulterbeins mausz. Gall. *Muscle sous-Epineux.* A. Idem.

**INFUNDIBULUM** , seu **ENCHYTA** , vulgo *Tritorium* , est vas transmittens in summitate latum , quod pa latim in fistulam cuspidatam definit : ex metallo fabricatur vel ex vitro . Gr. *χαντη* . B. *Een tregter / tremelle.* G. Ein trichter . Gall. *Un Entonnoir.* A. A Tunnel , Funnel .

**INFUNDIBULUM CEREBRI** , πόντος , Αντρός *Herophilo.* Idem quod *Choana* .

**INFUNDIBULUM RENUM** , est pelvis , quæ ex re nibus , ad ureters & vesicam urina transi . B. *Becken.* G. Nieren becken . Gall. *Bassin.* A. Basin .

**INFUSIO** , est extractio virium ex ipsis Medicamen tis , per liquorem convenientem facta : cum vel absque igne , quæ si purgans fuerit , unicæ vice absorberi potest , cui propriè nomen competit . Sumitur etiam pro cunctis medicamentis , quæ per certum tempus infunduntur , quæque foris applicantur . Gr. *Απολήγυα.* Dicitur & *Mac eratio* vel *Dilutum.* B. *Een afweksel.* Das einweichen , ein tranck . Gall. *Infusion.* A. Idem .

**INFUSUM** , idem quod *Infuso* .

**INGREDIENTIA** , dicuntur varia simplicia , quæ uni cum compositum constituant .

**INGUEN** , Gr. *βερεύ* , dicitur ille locus à flexu femoris ad pubem . B. *We liesten / heupen / eigenisse.* G. Das untertheil des leibes wo die heiddrueten feyn , der schmer bauch , die scham am leib . Gall. *l'Aine.* A. The groine .

**INGUINALIS** , vide *Aster* .

**INJECTIO** , in genere notat liquidi medicamenti ope siphonis in vulnus , vel ulcus , vel aperturam quamcum que , infusionem . B. *Een inspuiting.* Gall. *Injection.*

**INJECTIO INTESTINALIS** , idem quod *Clyster* .

**INIUM** , est initium medullæ oblongatae , quod juxta aliquos est sensorium commune , quasi sensationes sive species ab organis externis exceptæ , ibi per nervos deferruntur , ab fibra , eo quod fibræ nervosæ ibi loci tanquam in camera , & loco communi terminantur . B. *het be-*

begin van 't lange merg. G. Der anfang des marcks im  
rueckgrad. Gall. *Le Commencement de la Mouelle du dos.*  
A. The beginning of the oblongate marrow.

INNOMINATA OSSICULA, vide *Cuneiformia*.

**INNOMINATA GLANDULA OCULI**, vide *Caruncula Oculi.*

*Innominate Tunica Oculi*, est tendinum à  
musculis, oculos moventibus, subtilis quædam expan-  
sio, ad corneæ membranæ circumferentiam usque produ-  
cta, vide *Adnata Tunica B.* *De ongenoemde oog-rok.*  
*G.* Das ungenannte augen hæutlein. *Gall.* *Tunique tendi-  
neuse ou Albuginée de l'Oeil.* *A.* *Tunicle Innominate of  
the eye.*

**I**N NOMINATUM Os, alias *Os Coxæ*, vel *Ilium*, ad latera ossis sacri est, constans ex tribus ossibus, *Illo*, osse *Pubis* & *Ischio*, per cartilagines junctis, usque ad septimum annum, ex triplici linea distinctum apparent, sed adultis in unum os coalescunt. B. Het ongenoemde been. G. Das ungenannte bein. Gall. l'Os innominé. A. The innominate bone.

**INNOMINATUS HUMOR**, sive insitus, est humor secundarius à Veteribus dictus, ex quo corpus nutriti putabant. Erant enim iti humores nutritii quatuor: *Innominatus*, *Ros*, *Gluten*, *Cambium*. B. *De ongenoende vocht*. G. Die ungenannte feuchte. Gall. *Humeur innominee*. A. The Innominate liquor.

INOSCULATIO vide ANASTOMOSIS.

**INQUIETUDO**, est ea conditio corporis humani, quae hinc inde movent ægri de latere in latus, brachia attollentes, pedes & femora ad nates trahentes, modo in ventrem, modo supini decumbentes, jam sedentes in lecto, jam surgentes ob teneritudinem, inflammationis initium, dolorem in musculis lumborum, cervicis, & artuum orta. Hæc vero Inquietudo evenit vel initio febrium, vel etiam toto tempore, quo febris urget; est quoque ordinarium in ea febre symptoma, quam malignam sive pestem vocant. Dolores etiam graves ad se trahunt Inquietudinem: imprimis vero Cardialgia, Colica & Nephritis. Porro cum delirio spæpè est inquietudo, sed nusquam magis, quam ubi Mors in propatulo est, atque ægri sensim moriuntur, viribus adhucum aliquando su-  
per-

perstibis. Gr. ταξιδί B. **Wörelentheid.** G. Unruhe. Gall. **Inquietude.** A. Unquietnes.

**INSANIA** sive **AMENTIA**, est imaginationis & judicij depravatio, sumitur etiam pro *Mania*, vide suo loco. Gr. παραφρονίη. B. **Gehheid / Dolheit / onzinnighed.** G. Unsinnigkeit, tollheit, taubsucht. Gall. **Folie, phrenesie.**

**INSERTIO**, in Anatomicis denotat Tendinis Musculi loco alicui infexionem, in quo finem habet. B. **Inplanting.** Gall. **Insertion.**

**INSESSUS**, seu **ENCATHISMA**, est balneum ventri, inferioribusque partibus dicatum, cui æger ad umbilicum usque infidet. Habentque tales infusus usus varios, qui nonnunquam ad dolorem sedandum, interdum ad emolliendum, vel flatus discutiendos, & non raro ad menses ciendos, parantur. Vide *Balanum*. B. **Een bad daar men in zit.** G. Ein bad. Gall. *Bain*. A. A Bath.

**INSOLATIO**, est, quando res fermentandæ aut macerandæ solis calori exponuntur.

**INSPIRATIO**, Gr. Εισπνεος, & Εμπνευστων, est inductio aeris in pulmonem per os, nares, & asperam arteriam: quæ fit ob dilatationem Thoracis per musculos intercostales costas fursum in medio arcus sui trahentes, dein per diaphragma in abdomen impulsum, & ex convexo planius redditum, unde Thorace capaciore facto, Aer suâ gravitate ingressus Pulmonem, illum implet, undique extendit, vesiculos explicat, sphæricas reddit, & sanguinis circulationem per vasa pulmonalia liberam facit certis temporibus, &c. B. **Inademing.** G. Das athem ziehen, athem holen. Gall. *Inpiration*. A. Idem.

**INSPISSATIO**, est, quando liquida materia evapando in massam tractabilem & consistentem redigitur. Gr. πύκτωσις. B. **Verdikkinge.** G. Dickmachen. Gall. **Epaissement.** A. Idem.

**INSUCCATIO**, est quando aloë &c. in succo violarum, rosarum &c. insipissatur.

**INSULTUS**, est primum paroxysmi tempus, quo morbus in ægrum subito quasi insilit. B. **Het aanval der ziekte.**

**INTEGUMENTUM**, ab Anatomicis vocatur quodcunque externum alicujus partis operimentum est; sic corporis

corporis integumenta universalia sunt cuticula, Nervorum papilliforme reticulum, cutis, panniculus adiposus. Particularia sunt, uti membrana quævis, quæ musculum investit &c.

**I N T E L L E C T U S**, Gr. οὐσία & Σωτηρίς, est ipsa mens humana, vel in illa aliquis habitus, quo omnia objecta, circa quæ se exercet, percipit. B. **Wegrpp verstant.** G. Der verstand. Gall. *Entendement.* A. The understanding.

**I N T E M P E R I E S** seu **D Y S C R A S I A**, & **A C R A S I A**, est morbus, qui in qualitatibus corporis inconvenientia constituit, eaque vel Manifesta est vel Simplex, vel Composita; Simplex est quando una qualitas peccat; ut intemperies calida, aspera, rara, dura, acida, falsa &c. Composita est, ubi plures qualitates in vitio sunt: ut intemperies calida & falsa, frigida & acida &c. Intemperies occulta est quæ oritur a qualitatibus venenatis, ut ex aere, animalibus venenatis &c. ex aere provenit, quando nempe nitrum aereum, ab aquis stagnantibus putridis, diurnis flicitatibus, terra motibus &c. contagiosum evadit; undè febres malignæ, pestilentiales & pestes ipsæ nascuntur: Sublatis quippe vaporibus, id quod reliquum est (propter elementum sulphureum & salinum) fetorem contrahit, undè & aer ejusque nitrum à temperie & *zündet* optima desciscit & degenerat: idque similiter ex terris flicitis fieri censeo: particulis enim aqueis in altum evectis accrescunt sulphureæ & tandem salinæ particulæ, quæ nitrum aereum ita aculeatum reddunt, instar veneni arsenicalis, Mercurii sublimati, aut aquæ stygiæ, quæ inspirata sanguinis massam coagulant, erodunt, spiritusque avarolare faciunt: undè anginæ, pleuritides, bubones &c. producuntur. B. **O n g e m a t i g h e i t / o n g e t e m p e r h e i t.** G. Unmäßigkeit, ein böser Zustand. Gall. *Intemperie.* A. Unseasonableness, Untemperantness.

**I N T E N T I O**, idem quod *Indicatio*.

**I N T E R C A L A R E S D I E S**, sive intercedentes, & ab aliis provocatorii dicti, sunt, in quibus vel ob vehementiam paroxysmi, vel ob causam externam, corpus & fuci irritantur ad intempestivam expulsionem præstandam: Tales sunt dies tertius, quintus, nonus, decimus tertius decimus nonus. Sed illa enumeratio apud saniores Medicos evanuit. B. **T u s s e n b e r g e n h o m e n d e d a g e n.**

**INTERCIDENTES DIES**, idem quod *Intercalares*.

**INTERCOLUMNE**, idem quod *Diapegma*.

**INTERCOSTALES MUSCULI**, in utroque latere viginti duo sunt, undecim externi & totidem interni: Omnes costis intertexuntur. Fibras habent obliquas, & in vicem instar X sece interficiantur. Externi oriuntur a superiorum costarum inferioribus partibus, & oblique versus posteriora descendentes inseruntur in inferiorum partes superiores. Interni e contra. B. *Tusschen-ribbige spießen*. Die mäuselein zwischen den rippen. Gall. *Muscles Intercostaux*.

**INTERCOSTALIS NERVUS**, est nervus pari vago à medulla spinali accessorius, qui & in abdomen per omnia viscera spargitur, & cum carotide interna cerebrum ingreditur, conjunctusque cum pari tertio & quinto oculos petit. Hinc ipso in cervice laeso, visus animali perit, uti demonstravit *Petit* in *l'Hist. de l'Acad. Roy.* An. 1727. B. *We tusschenribbige zenuw*. G. Die nernen zwischen den rippen. Gall. *Nerf Intercostal*. A. *The Intercostal nerve*.

**INTERCURRENS**, vocatur Febris continuae quædam species, quæ certis annis variat, & modo diversâ est à febribus isto anno grassantibus, sive fuerit mitis vel fæva, unde inter febres itius anni stationarias modo hue & illuc intercurrit.

**INTERCUS**, vide *Anasarca*.

**INTERFÆMINEUM**, idem quod *Perineum*.

**INTERMISSIO FEBRUM**, vide *Apyrexia*.

**INTERMITTENS FEBRIS**, dicitur, quando per unum vel plures dies febris planè intermittit, quæ postea redit; eaque tunc est *Quotidiana*, *Tertiana*, quibus non nulli *Quintanam* addunt. B. *Afgaande koorts*. G. Fieber das da ablaßet, und eine zeitlang inne hælt. Gall. *Fievre Intermittente*. A. An Intermittent Fever.

**INTERMITTENS MORBUS**, est, qui quibusdam temporis periodis affligit & remittit. B. *Tusschen lating/gaande en wederkomende ziekte*. G. Ein zeitlang blästender krankheit. Gall. *Maladie Intermittente*. A. A intermittent disease.

**INTERNO DIUM**, est digitorum ossium mutua colligatio, articulatio & ordine successio. B. *We tusschen-knöpingen*. G. Das bisslein so zwischen zweyen gelencken.

ken ist. Gall. *l'Espace qu'on trouve dans les jointures des doigts.* A. Internodation.

INTER NODUM, inter Vegetabilia est, quod inter artus vel genicula medium intercedit. Gall. *l'Espace entre deux nœuds dans les cannes, dans le Tuyau de Blé &c.*

INTER NUNCII DIES, vide *Critici Dies.*

INTER OSSEI MUSCULI, sive ABDUCTORES, sunt sex in spatiis metacarpi, tres exteriores & tres interiores, qui cum vermicularibus coenentes, per latera exteriors & interiora digitorum incedunt, tendinesque suos ad tria internodia extendunt, extensioni aliquantulum inserviunt. Externi palmae incumbunt, interni volae inter metacarpi ossa. Ita in pede decem habentur *Abductores interossei*, à pedis ossibus nati, & spacia Metacarpi repletas. Externi vel interni sunt, illi tendine lato ad primum digitorum internodium per latera afflurgunt; hi ad secundum internodium: nonus vero ad pollicis, ad minimi digiti adductionem decimus inservit. B. *Tusschen-bernige spieren.* G. *Die Mäuslein zwischen der beinen.* Gall. *Muscles Interosseux.* A. Brawn's between the bones.

INTER PASSATIO, dicitur de facculis seu fomentis siccis, idemque est quod *Intersuere*, ne materia inclusa conglomaretur, cuius rei gratia quoque Gossypio pulveres inscipi solent. B. *Tusschen-naeping.* G. *Zwischenmuth.*

INTERSCAPULARIA, sunt cavitates inter scapulam & vertebrales.

INTERSCAPULIUM, est processus scapulae in gibba scapulae parte, qui vulgo dicitur spina.

INTER TRIGO, vel ATTRITUS, Gr. *Extrigesus*, est partium ano vicinarum seu partium inter femora sitarum, excoriatio, vel pelliculae abrasio à motu vehementiori, praincipue equitatione orta. Frequenter id evenit infantibus, ut cuticula in coxis à vera cutè separetur & quasi abradatur, atque dolor eo loci excitetur, qui infantes insomnes atque inquietos reddit. Gr. *Adegos à Aigeo* excorio. B. *Ontbeling/ smertsel/ blish aars.* G. *Abgeschabete haut.* Gall. *Ecorchture A. A Galling in the Skin.*

INTESTINA, vide *Euteron.*

INTUBUS & INTUBUM, est Endivia, Gr. *Στόχιον.* *Intubum* Latini vocarunt à cavo tubæ specie caule, vocatur etiam *Seris & Seriola.* Vide *Endivia.*

INTUMESCENTIA, idem quod *Tumor*.

INULA CAMPANA, vide *Helenium*.

INVERTENTIA, medicamenta sunt, quae aciem flumuli infringunt, ita ut abeat in aliam naturam, figuramque; sic acerrimum acidum invertit acerrimum alicah in naturam mixtam, non acrem.

INVOLUCRUM CORDIS, vide *Pericardium*.

JONTHUS, sive VARUS, vocatur etiam *Axon*, quoniam hujusmodi tubercula potissimum in ætatis vigore oriuntur. Estque tuberculum parvum, durum, & callosum, in faciei cute excitatum, ab *axo* firmus, quia, faciem deturpat & sedat. Alii ab *axo* flos, eo quod circa ætatis vigorem efflorescit, deducunt. B. *Een werte vlech*. G. *Venus bluemlein*, schwartz flecken. Gall. *Bouton, le Tac*. A. A Spot.

JOVIS BARBA, Sedum majus appellatur, quod scil. nonnullis locis plebis animos jampridem invaserit opinio, non feriri fulmine domum, in cuius tegulis vireat: hinc nostris. B. *Wonderrbaard*/ quoniam Jupiter Rex fulminum est. Vide *Barba Jovis*.

JOVIS FLOS, vocatur Crocus, propter splendorem, fulgoremque.

IPÉCACUANHA, Brasiliénsum, est radix officinalis longa, tenuis, flexuosa, nodosa, multis exiguis porulis aspera, extùs ruffa, intùs pallida, saporis amari, nauseofici: est validum purgans & adstringens, vel potius emeticum mitissimum & tutissimum; & in dysenteria probatum specificum & famosum, uti & in reliquis haemorragiis: non adeò certe specificum in illis casibus, quin summa cum cautela & prius benè cognita caufa mali exhiberi debat: vocatur quoque Hipocacuanha. Gall. *Mine d'Or, Beconguille, Lufit, Cypo de Cameras*. A. *Brazilian Root*.

IRIO seu IRION, Gr. *Ιρις*, Viri docti Trionum legendum esse censem. Latini ab irruendo derivant, quod igneā vi & fervido sapore irruat in gustum: nonnulli à voce *Iris* deducunt, quia summitates in modum iris incurvantur. B. *Herik*/ *wilde mostaart*. G. *Weg-senff, heiderich, wilder-senff*. Gall. *Tortille, Tortelle, Velar*. A. Hedge-mustard; Bank-kresses.

IRIS, duplex est Nostras & Illyrica, prior habet folia pedem unum vel fesquipedem longa, duos digitos, lata, rigi-

rigida, striata, acuta : intra hæc oritur caulis duos circiter pedes altus, rectus, rotundus, pulvrisculo farinaceo obductus, in tres vel quatuor ramos divisus : flos liliaceus monopetalus, ad exortum veluti infundibuliformis, & in sex partes ampliatus, quarum tres partes sursum, tres verò deorsum spectant : pistillum e fundo floris surgit, tribus petalis instructum fornicate, & partibus florum deorsum inflexis, ita incumbentibus, ut palati cujusdam speciem præ se ferant. Ovarium ex fine pedunculi natum fit fructus oblongus, trigonus, fætus feminibus obrotundis: radix oblonga, crassa, flexilis, carnofa, repens, tuberosa, digitum crassæ, paululum compressa, externè coloris rubicundi, slavecentis aut grisei, internè albi, saporis amaricantis, acris, subpinguis, odoris fragrantis & violacei : crescit haec planta in pratis & arvis : Iris florentina parùm ab hac differt ; habet enim hæc folia angustiora, & flores albos, sed viribus valde differt Iris nostras ab Illyrica. Planta ab arcu cælestis similitudine, quâ florum folia incurvantur, nomen fortuit, quain flores ejus representant. In quibusdam codicibus habetur *Iris*, & vertitur ideo *Consecratrix*, quod in sacrificiis, purificationibusque suis Antiquitas iride sit usæ. Aliis *ægæna cælestis*, quod cælestis arcus specie & modo floreat. Aliis *Sauvage*, admirabilis, eadem ratione quâ à Poëtis illi cælestis arcus Thaumantias dicitur, genus, originemque illi ex admiratione novæ rei, rudi adhuc saeculo, ut primus Plato indicavit, afflignantibus antiquis. B. *Lisch*. G. *Gilgen*, *Violwurtz*, *Himmel-schwertel*. Gall. *Iris*, *Glajeul*, *Flambe*, *Fleur de lis*. A. *Flower de Luce*.

IRIS, in oculo vocatur circulus ille variè coloratus, in medio perforatus, qui anterius in oculo, ubi cornea pellucida est, conspicitur. Est hæc autem productio piæ matris nervum opticum involventis, quæ expansa pro capacitate bulbi oculi, anterius ubi cornea pellucida est, ab illa introrsum reflectitur, & ob arterias, venas, vasæ lymphatica in cavum cornee hiantia, tam emittentia quam absorbentia, infinitosque nervos suos, quasi radiis totidem centrum petit, quæ in limbum orbicularem musculosum pariter desinunt, quibus utrisque amplitudo & figura pupillæ definitur, dum se contrahunt vel relaxant. Vocatur pariter *nvea*. B. *De regenboog* / *het kroontjen*.

*Iris*, est etiam circulus niger, qui papillam ambit. B. *De Boeg*. G. Das krœnlein um den augapffel. Gall. *Iris*. A. Thebowe of the eyewith divers colours.

*ISATIS*, est planta, quæ habet caules tres pedes altos, minoris digitæ crassitie, rotundos, rigidos, politos, rubicundos, in summitate in multos ramos divisos, habentes multa folia fine ordine disposita, oblonga, lata, ad cynoglossum accendentia, polita, succulentissima: flores sunt exigui, quadrifidi, flavi, in crucem dispositi, pedunculis exquis adhaerentes: post florem, sequitur siliqua compressa, oblonga, linguam exprimens, coloris nigricantis, quæ intus recondit duo femina plerumque oblonga: radix longa, alba, lignosa, in inferiori parte minor, quam in superiori, saporis amari & adstringentis: hæc planta magna curâ colitur in regionibus calidis, quæ lintealana, &c. ceruleo colore sufficiuntur, forte ab *iodio* æquo, complano, quod vim habeat tumores æquandi; quidam *Glaustum* olim fuile putant, nunc *Guadum*. Hinc nostris Belgico idiomate *Citas*, sive vitrum. Barbari depravata vox *Ostium* appellant. B. *Wted*. G. Weyd. Gall. *Guesde*, *Passel*. A. The plant woad.

*ISATODES*, est bilis cærulea, quæ glustum sive istodem colore refert, ex *iodio* glustum, herbe nomen, & *glas* forma. B. *Blaauwe gal* / *weed-kleurige gal*. G. Blaue gall. Gall. *Bile verte*. A. Blew bile.

*ICHÆMA*, sunt medicamenta sanguinem sistentia, quæ emplastica, astrictoria, refrigeratoria, vel exfickeratoria sunt, vel meatus vasorum apertorum claudunt, vel sanguinis fluiditatem & motum vehementiorem imminuunt, vel fistunt. Ab *ixio* valeo, cohíeo, & *alua* sanguis. B. *Bloed-stoppende middelen*. G. Blut-stoppende mittel. Gall. *Remedes, qui étanchent ou arretent le Sang*. A. Blood-stopping medicines.

*ISCHÆMON*, est graminis species, à Thracibus primum inventa, quæ ferunt sanguinem fisti; alii per antiphrafum contrarium scribunt, quod ejus spica naribus indita sanguinem potius proliciat, ab *ixio* fisto, contineo, & *alua* sanguis.

*ISCHIAS*, est ficus siccatus; dicitur quasi *ixias* ab *ixio* arefactum, siccatum esse, ita vocatur etiam *Apios*, quod ejus radix exsiccatum sicum referat. Vide *Apios*.

*ISCHIAS*,

**ISCHIAS**, est arthritis coxendicis, sedem suam circa articulum ossis femoris cum Coxendice in ligamentosis partibus habens, ab ιχιος lumbus, οσφυς Hesychio. B. **Heupen-gicht**. G. Hueftwehe. Gall. *Sciatique*, Goute Sciatique. A. A The Sciathica or Hyp-Gout.

**ISCHIUM**, est coxa, sive coxendix, ab ιχιον sustineo, conineo; sedentes enim sustinet. B. **Heupen-been**. G. Das hueftbein. Gall. *l'Ischium*, *l'Os de la Hanche*. A. The hip, Huckle bone.

**ISCHOPHONUS**, est vox gracilis, ex ιχιον gracilis, & φωνη vox. B. **Kleine stem**. G. Kleine stem. Gall. *Qui à la voix greple*. A. A Smal voice.

**ISCHURETICA**, sunt medicamenta quæ urinam suppressam emungi curant, ab ιχιον validus & πίει fluo. B. **Pissontstoppende dingen**. G. Harn treibende mittel. Gall. *Remedes contre la suppression d'Urine*.

**ISCHURIA**, est duplex *Vera* vel *Notha*. *Vera* est, quando urina in vesica haerens emungi nequit, quamvis æger perpetuo mingendi desiderio laboret, hic circa pubem tumor dolorque circumscriptus oritur, verùm catethere immisso prodit urina. *Notha* est, quando vitio renum vel ureterum nulla urina ad vesicam mittitur, nec dolor, tumor, nec conatus mingendi adeat, sed vel urina non fecernatur in renibus, vel secreta, ob impedimentum exitum, readmisceatur sanguini. Quod in vesicæ aut renum calculo, in obstructione arteriarum renalium vel ureterum, vel urethræ à pituita aut concreto sanguine, aut haerentibus lapillis, contingit. Etiam in sudoribus, vomitu, vel alvi fluxu copiosis: imò in imbecillitate, paralyse vesicæ aut penis, delirio, apoplexia, lethargo &c. locum habet, ab ιχιο cohibeo, & ιχιο urina. B. **Pis-opstopping/ opschotzing der pis**. G. Verhaltung und hinter bleibung des harns. Gall. *Suppreffion d'urine* A. A stoppage of the urine.

**ISOPYRUM**, non dicitur, quod ισον sit τὸ πυρῖ, quod triticum æmuletur, aut tritico simile sit, sed ἀπὸ τοῦ πυρῖ, quod florem edat flammæ similem, ob flammeum rutilantemque colorem, nec non formam, sic vocatur aquilegia, flos constantinopolitanus &c.

**ISTHMUS**, est ea pars, quæ inter os & gulam seu guttur in modum isthmi interjacet. B. **Ein engte**. Item, Inter-

tersepimentum vel Discrimen narium : Interfinium *Iſidoro*. Imbrex narium *Arnobio* scitè dicitur. Item *Ισθμος*, *Στρατις*, *Κιων*, *Διάφραγμα*, &c. B. *Middelschot der neug-gaten*. G. Wand der naſen loecher. Gall. *L'Iſthme ou la cloſion du Nez, ou du Palais*. A. The ridge or meddle part of the noſtrils.

**ITHMOIDEA OSSA**, vide *Ethmoides*.

**ITINERARIUM**, est instrumentum Chirurgicum, lithotomis in usu, quod urethræ intrusum, crenatum est, ut cum certitudine incisio in eo fiat. Vide *Catheter*. B. *Een tintel-pſer / pſovet / hol-hele*. G. Ein harn ſucher, Wundeſen. Gall. *Conduſteur ou ſonde Cannelée*. A. A probe.

**IVA ARTHETICA** seu **MOSCHATA**, est Chama-pytis, *Ajuga*, ſive *Abiga*, Latinis dicitur. Invenitur & *Ibiga* vocari, quod nomen ferè ſervant Illyrici, hinc abjectis duabus literis *i & g* fit *Iba*, & ab *Ajuga* abjectione literarum *a & g*, *Iva* manavit in vulgi nomenclationem. Vide *Abiga*.

**JUBA**, est arundinacea coma effusa, qualis est in milio. **JUDAICUM BITUMEN**, vide *Aphaltum*.

**JUDAICUS LAPIS**, olive ſpecie oblongè rotundus, tener, ſtriis ſecundūm longitudinem diſcurrentibus & æquidistantibus arte, ac fi (torno ſc.) faſta eſſent; colore eſt ſubcinereo, duritie ſilici vix cedente, fractus, intus glaber eſt & politus, reperitur in Judæa, unde & no-men accepiffe videtur, imò & ex Silesia huic adſertur. Alii putant medullam ſeu cor eſſe lapidis dunensis, ſive arenacei. Majores vocant masculos, minores verò ſeminas. In Nephritide ſæpè præſcribitur. B. *Zoden-ſtein*. G. Juden-ſtein. Gall. *Pierre Juſtaine*. A. The Judaickſtone. Dicitur *Aëtio* lapis Syriacus, aliis phrenicites, Teco-lithos. Arab. Hager alieudi, & Agiar Aliheud.

**JUGALE OS**, idem quod *Zygoma*.

**JUGLANS**, eſt arbor nucifera, ſic appellatur quaſi *Jovis Glans*, ob nucis præstantiam & excellentiam vocatur : Gr. *Διὸς βαλλανθρά*, *Κάρπος βαρικανδρός*. Porrò Regia aut & *Perſica*. B. *Wal-noot / okker-noot*. G. Welsche-nuſz, wall-nuſz. Gall. *un Noyer*. A. Wal nut tree.

**JUGULARIS VENA**, eſt illa quæ juxta jugulum craniū petit, tam interna, quam externa. B. *Die krop-ader*. G. Die Halſs-ader. Gall. *Veine jugulaire*. A. The Throate Veine.

JU-

JUGULUM, idem quod *Furcula*.

JUJUBÆ, est prunorum species, extus rubræ sunt, dulcem habentes saporem; arbor primum vix superat, folia habet parva, & ferrata, ex Italia fructus nobis adferuntur, qui in pectoris morbis usui sunt. B. *Jujuben* / bozst-prunien. G. Brust-beerlein. Gall. *Jujubes*. A. The jujube-tree. Dicuntur & *Ziziphæ*.

JULAP, vide *Julepus*.

JULAPIUM, idem quod *Julepus*.

JULEP & JULEB, vide *Julepus*.

JULEPUS, est medicamentum liquidum internum sapore gratum & perspicuum, ex liquore idoneo cum syrupo vel saccharo ex tempore fine coctione mixtum, in tres quatuorve doses ad alterandum vel refrigerandum compositum. Constat communiter ex libra una & semisse aquæ hordei, vel ex aquis destillatis, rarissimè vino, ex syrupo refrigerante ribesiorum, berberorum, violarum &c. frequenter aliquot guttae spir. sulph. vitrioli, salis &c. ad gratum saporem admiscantur. *Juleb*, unde *Julepus*, nomen Persicum est, idemque sonat quod potio dulcis *Arabibus*, vox julebi à syrups non distinguitur. B. *Ein kuehl-tranck*. G. Ein kuehl-tranck. Gall. *Julep*. A. Idem.

JULUS, JULI, sunt folia primum erumpentia. B. *Die erste uitbrekende bladeren*. G. Die erste anschließende blätter. Gall. *Chaton*. A. Leaves first breaking out. Strictè *Julus* tam Gr. quam Lat. est quod in corylo compacti- li callo racematum coharet, & veluti prælongus vermis, singulari pediculo pensile nititur, & fructum præcedit. B. *Bioepsels voogz de vrucht*. G. Die blüste an hafel stauden. Gall. *Chaton de noyer*. A. Long Flowers called catkins.

JUNCTURA, idem quod *Diarthroſis*.

JUNCUS, Est planta, quæ crescit in paludibus, aut juxta aquas, habetque plures caules vel tubos duos pedes altos, fatis crassos, rigidos, acutos, cortice denso obductos, & medulla satis dura & fungosa plenos: & à radice tunicis foliosis rubris, ad pedis altitudinem instructos; flos rosaceus est, ex cuius meditullio surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu capsulam plerumque trigonam, trifariam dehiscentem, feminibusque fætam ut plurimum subrotundis. Gr. Σεντός, à jungendo, quod viminum in modum jungat, vinciatque. B. *Bieze* / mat-

**tcu.** G. Bintzen, binse. Gall. *Jone agu.* A. Rushe.

**JUNIPERUS.** Est arbuscula, cuius trunca tenuis & cortice aspero obduetus: lignum est compactum, durum, albescens & subinde rutilans, saporis nullius, nec manifesti odoris, nisi fricetur durius, aut accendatur: valde ramosa est, habetque folia parva, angusta, acuta, dura, spinosa, semper virentia: flos amentaceus pluribus nempe foliolis apicibus donatis constans: fructus autem seu baccæ rotunda per maturitatem nigricantes, in cludentes sub tenui pellicula pulpam, in qua tria officula dura, ab una parte convexa, ab altera plana reperiuntur: sunt saporis subdulcis, subacris adstringentis, & resinosi, odoris fragrantis. Gr. Αγνεύθης, & Αρβορός, est Arbor baccas ferens, dici putant, quod juniores & novellos fructus pariat; sola enim feret arborem factus in biennium prorogat, qui ne maturescunt quidem, novis supervenientibus. Vide *Arcenthos.* B. *Jenever-boom.* G. Krametbaum, wacholderbaum, wacholder-stande. Gall. *Genevrier ou Genere.* A. Juniper-tree.

**JUNONIS ROSA,** est Lilium, veteres Græcorum Poëtæ fingunt è Junonis lacte respersa terra natum lilyum. Namque cum Hercules puer, quem ex Alcmene sustulerat Jupiter, Junonis dormientis uberibus admotus esset, & lacte repluissest, post suatum digressus mamma lacte copiosè profluxit. Quod in caelo à puerō vago & incerto suetu perfusum est, lacteam effecit viam: quod humi sparsum est *Lilium Lacteo* flore nitens creavit; undē Rosa Junonis dictum.

**JUPITER,** per Jovem Chymici significant *Stannum*, putant quoque ex planeta Jove influentias fieri in certa sublunaria corpora; sed hæc potius mera figura quam verisimilitudines sunt. B. *Tin.* G. Zinn. Gall. *Etain.* A. Pewter, Tinn.

**JUSQUIAMUS,** idem quod *Hyoscyamus*.

**JUVANS,** *AUXILIUM*, seu *REMEDIUM*, idem quod *Indicatum*.

**JUXTANGINA,** est Anginae species, quæ dicitur *Cynanche*, vide suo loco.

**IXIA,** idem quod *Cirsos*, sive *Varix*.

**IXIA & IXINE,** est Cardui species Chamæleontis nomine: dicitur quoque quibusdam in locis *īs;*, hoc est, viscum,

viscum, hoc enim ad ejus reperitur radices, quo pro mastiche utuntur mulieres.

## K.

**KALI**, Est planta quæ ad altitudinem trium circiter pedum crescit, si benè colatur, multùm se extendens, habetque ramos longos, rectos, fatis crassos, rubicundos: folia sunt longa, anguita, crassa, carnofa, acuminata, succulenta, flos rosaceus polypetalus Tournesortio, aliis apetalus, fructus globosus, membranaceus, fætus femine unico in cochlear formam intorto, in centro calicis: tota planta habet saporem salis, crescit in regionibus calidis, præfertim circa mare rubrum. Est herba marina, vocatur & *Alkali*, & interdum *Salicornia*, ex cuius cineribus sal elicetur, ex quo vitrum, sapo, &c. componitur. Kali & Alcali nomina sunt Arabica. B. *Strabbe quaat.* G. Glas-kraut. Gall. *Soude ou la Marie.*

**KEIRI** vel **CHEIRI** & **CEIRIM**, est vox Mauritana idem quod *Leucoion*.

**KERMES**, *Chermes*, *Coccus Infectoria*, *Granum* & *Coccus Baphica*, *Granum Tinctorum*, *Scarlatum*. Fructus est famosissimi fruticis; qui inscribitur *Ilex* in quo *Coccus Baphica*, nascitur in Creta, uti & in multis Hispania locis, in Narbonensi etiam Gallia & Provincia, &c. B. *Scharlaken bessen.* G. Scharlach beer, kermes-kerner. Gall. *Du Vermillon*, *Graine d'Ecarlate*, *Scherley*. A. Chermes berries. Vide *Chermes*.

**KINA KINÆ**, vide *Cina Cinæ*.

**KIRATH**, seu siliqua, est pondus Veterum, pendens grana quatuor.

## L.

**LABELLA LEPORINA**, vide *Labia Leporina*.

**LABDANUM**, idem quod *Ladanum*.

**LABES**, est is cui labia prominent, Gr. κειλὰς & κειλών.

**LABES**, est macula, Gr. Σπιλος.

**LABIA LEPORINA**, dicuntur ea, quæ ob vitiosam conformatiōnem solutionem continuū habent: quandoque solum labium superius fissum est sub naſo, nonnunquam ipsa ossa palati simul dehiscunt, quæ nonnullis Roftra leporina sunt. B. *Gen hazemont*. G. Hafsen scharten, hafenlippen. Gall. *Bec de Litvre*. A. Mare lip.

L.A.